





039.

1726, 5

24

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
IN ALMA AC PERANTIQVA VNIVERSI-  
TATE ERFORDIENSI

DECANVS,  
**JOH. HENRICUS**

SSeier, JCTVS,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIAN. DECRE-  
TAL. PROF. PVBL. VNIVERSIT. SENIOR,  
NEC NON JVDIC. PROVINC.  
ASSESS. PRIMAR.

*LECTORI BENEVOLO*

S. & O.

---

ERFORDIÆ,  
TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

EXACAVATIS JURIDICAE  
IN ALMA AC PERVITIOSA UNIVERSITATI  
TATE TRIVIOLIAE

DECANUS  
Joh. HENRICUS


Sculpsit Ge<sup>o</sup>rg<sup>e</sup>

HISTORIAL REGIMIN CONSULAT DECRI  
TAL PRO LVR UNIVERSITATIS SENIOR  
MEC NON TUDIC PROAUG  
WASSER IN VITR

AFFCTORI AVENTURO

2. 8. 0.

Dr. OEGERTWIS V. V. T. 1662



**D**e jure sepulchorum publicè verba facturus sibi præsens sponte elegit Candidatus; cuius vestigiis irsistendo non possum non præmittere, Sepulchrum denominari per allusionem, quasi à pulchro seorsum sc. ob fœtorem, qui in illo concluditur; quorū & ipsum nostrum Salvatorem spe-  
Etas videtur objurgando Pharisæos: *Vos estis similes se-  
pulchris dealbatis Matth. cap. 23. vs. 27.* Circa sepiliendi  
modum admodum variarunt Populi diversarum Gentium; & quidem Athenis magna fuit sepulchorum cu-  
ra; haut minor Romæ, ubi pauperibus & mancipiis,  
ut post obitum ibi conderentur, sepulchra ædificabant.  
Apud Græcos detestabili criminī erat obnoxius &  
Capitali poena dignus, qui humanum cadaver insepul-  
tum dimisisset. Intervenisse etiam hujusmodi expedi-  
tioni superstitionis abusum, traditur; dum Alexander  
M. suo Bucephalo duxerit exequias; Octavius Augustus  
& postmodum Hadrianus equis fecerint tumulum  
maximis sumptibus, & carmen scriperint. Athen-  
nis

nis quidem inolevit mos, haut culpabilis, quod solenni oratione ipsorum, qui pro patria pugnando succubuerant, heroica facinora magnificis verbis extulerint, modò non defunctorum manes ad hoc invitassent. Sic quoque ratione modi & loci, æquè varia-  
runt; etenim primâ Romanæ Reipubl. epochâ sepe-  
liebant humana cadavera humi; postmodum combu-  
sta fuerunt, atque hæc cremandi consuetudo diu re-  
mansit; tandem tempore Antonini Imperatoris ea de-  
sit & denuò corpora terræ mandari debebant; apud  
alias Gentes invaluerat mos asservandi, ut apud Egyp-  
tios fuerant cadavera medicata, ut constat ex cap. 5o.  
vñ. 2. seqq. Gen. de quibus plura concessit Alexand. ab Alex.  
gen. dier. lib. 3. cap. 2. Quoad sepulture locum nec  
observantia semper fuit eadem; Regum quippe Ro-  
manorum corpora exanima, tradente Appiano libr. I.  
bell. civil. i. humari solebant in Campo martio; Impe-  
ratorum verò eorum ævo primū, non absque super-  
stitione, in montis cacumine, postmodum circa ejus  
radicem, fastus causā, quo poni commodius possent  
sumptuofæ columnæ atque monumenta. Medio  
tempore & secundum LL. XII. tabb. equidem tab. X.  
placuit: *Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, neve  
urito:* quod postea renovavit Theodosius M. in l. 6.  
*Cod. sui iit. de sepulch. violat.* in hunc enim sensu scri-  
pit Jctus Paulus lib. 5. sentent. corpus in civitatem  
inferri non licet, ne funestentur sacra Civitatis, & qui  
contra ea fecerit, extra ordinem punitur; quorsum  
quadrat, quod Imperator Hadrianus, teste Ulpiano  
in l. 3. §. 5. ff. de sepulch. viol. statuit poenam 40.  
aureorum in eum, qui in Civitate sepulchrum facit, & in

ma-

Magistratus eandem penam, rigorosè extendit qui potuissent id impedire & locum publicari, indeque corpus transferri jussit. Meminit & Dio. *Cass. lib. 48. anno U. C. 716.* Romæ Edicto cautum fuisse, ne intra 2000. passus ab Urbe corpus cremaretur. Præ Gentilibus justiorem meritò venerationem erga Martyrum sepulta corpora foverunt Christiani, qui primis temporibus ad eorum locum conveniebant atque sacra ibi celebrabant, ut cœmiteria ipsi efflent instar templorum, quæ & Templis originem præbuerunt, tradente B. Zieglero *ad Lancel. ex Justell.* Non igitur, si modò loci spatum permittat, absque justâ omnino ratione cœmiteria sunt Templis conjuncta, quod Religiosa sint conexa Sacris. Jura denique, quæ pro religione sepulchorum servanda sunt, & qualisnam in eorum temeratores sit statuta coercitio, diludè explanabit

NOBILIS ET CLARISSIMVS

D O M I N V S

## HIERONYMVS FRIDERICVS

Leberecht Meier/

Ut itaque, pro more rituque consueto, de Natalibus, ætatis progressu, studiisque Candidati nostri, aliquid memoriæ mandetur, paucis saltem hic recensebimus: Illum nimirum, Divinâ annuentes Clementiâ, piis atque genere notis parentibus, hic Erfordiæ 1703. d. 4. Martii, prognatum esse; quippe Parens ejus devenerandus existit Dn. JOACHIMVS ANDREAS Meier, Jur. Utriusque Doctor, Praefecturam Atzmansdorfiensem, usque huc fidelissimè administrans ex me originem dicit; Matrem vero Veneratur simul superstitem

pietate & virtute fœmineum sexum decente ornatam,  
nomine EVAM MARIAM genitam à Patre, quondam  
Nobiliss. & Consult. Dr. HIERONYMO FRIDERICO  
Breitenbach, Viro integerrimo, Imperialium Postarum  
Cæsarearum hujus & adjacentium provinciar. Directo-  
re celeberr. & Consule Reipubl. Erfordiens. in ordine  
secundo, in vivis prudentissimo, qui uno abhinc anno in  
summum totius Familiae lucretum extra mortalium fines  
à Numine in cælum suscepitus est; Ejus obitus & me,  
de tam sincero Familiari non parùm mœrore affecit  
Pjis filii Parentibus curæ cordique fuit, ut luce hu-  
jus orbis vix ab eo adspectâ, sacris à nostro Salvatore  
institutis insoreretur, ne expers Christianæ religionis  
esset, & ad honestas atque liberales artes capeffendas  
educaretur; labellis ad sermonis usum aptis, eum pri-  
vatis Præceptoribus, quorum, temporis lucrandi cau-  
sâ, tantum duorum, utpote aptiorum, nimirum Dn.  
MENGERSHAVSENS, hodie Præfecturæ Atzmansdorf en-  
sis Actuarii, & Dn. M. HOLLENDERS, nunc Pastoris Ec-  
clesiae Zimmerdanæ superioris fidelissimi, mentio  
facta, demandarunt. Postquam verò ingenium  
ejus, crescentibus annis, acutius fieri coepérat & ad  
majora capienda aptius judicaretur, eum ad priva-  
tas lectiones Dn. M. LOTZII, Eccles. Gregor. quam  
Mercatorum appellant, jam tum Diaconi vigilantissi-  
mi atque Prof. Gymn. Senat. meritissimi audiendas  
misérunt, à quo singulare industriâ atque fidelitate tam  
in studiis humanioribus, quam Philosophicis institu-  
tus est; Cursu autem philosophico exacto, animum  
ad Jurisprudentiam appulit, & primis initiis studii Ju-  
ris, & quod innotesserent juris termini artificiales, Sith-  
man-

manni breviarum Justinianae citato quasi pede per-  
currit & sic enutritus Disputationes Ludwelli ad Insti-  
tuta à Dn. Parente edoctus est. Qui, dum Pandecta-  
rum volumina exponendo cum ipso percurrere ani-  
mo destinaverat, gravi fuit atque diuturnâ oculi passio-  
ne dilectus Parens impeditus; eum igitur mihi com-  
mendavit, ut per viam probè stratam ad felicem us-  
que scopum educeretur. Nepotem benevolo affe-  
ctu admisi & omni tempore verum studiorum æmu-  
lum animadverti, nec solum avidè me, jura interpre-  
tantem auscultavit, verùm etiam in Collegio disputa-  
torio privato ad dict. Ludwell. Disput. atque ad Schno-  
belii Pandectarum Exercitationes continuò sustinuit  
partes vel Defendantis, vel Opponentis; Deinceps  
quoque cum aliis, me præcunte, Rittershusii Diffe-  
rentias Jur. Civ. & Can. Nec non Schnobelianas Exer-  
citationes feudales & B. Stryckii Introduct. ad Praxin  
forensem absolvit. Percepit quoque ex mea demon-  
stratione, pro facilitiore legum evolutione, connexio-  
nem titulorum ff. & Cod. Hisce absolutis, tanquam  
colophonem addidit, me quoque existente Examina-  
tore, repetitionem Exercitationum Schnobelianarum  
ad ff. Ne verò studii impensis exantlati condigno ho-  
nore destitueretur, à Viro Prænob. Dn. Doct. JOH. MI-  
CHAEL ROTERMUND, Prof. Publ. Ordin. & Judicij Pro-  
vincial. hic Erfordiae Assessore, Collega atque amico  
meo sincero in abdita Lauterb. Comp. Jur. bis intro-  
ductus est. Cui pro tali fideli manuductione se de-  
vincissimum non obscure profiteretur. Ut igitur &  
pro suā studiorum assiduitate rehostimento frueretur,  
Necessariis suis haut dissentientibus, Facultatem nostram

pre-

precibus adiit, atque imploravit, ut, communicatis  
Utriusque juris textibus, secundum statutorum ductum  
declarandis, admitteretur ad rigorosum examen; an-  
nuit desiderio Facultas atque Examen ordinavit, in quo  
ea, quæ à Candidato Juris expectari possunt, prom-  
pte præstitit, ideoque, coadunatis totius illustris Col-  
legii suffragiis declaratus est talis, qualem malit se fa-  
lutarri, Ipsique Candidato impertita est facultas publi-  
cè edere specimina, tam Lectionem cursoriam ad L.  
*siprā cit. 4. ff. de sepulch. violat.* quām Disputationem  
DE JVRE SINGVLARI. Hisce actibus publ. ut Magnificus  
atque Reverendissimus Dominus Rector almæ Uni-  
versitatis, Proceres honoratiss. atque Nobil. Jurispru-  
dencie Cultores die 27. Maii, horis ordin. anno 1726.  
in Audit. Jur. Collegii major. præstò esse dignentur, offi-  
ciosissimè atque humanissimè invitantur ac rogantur.  
Publ. 26. Maii MDCCXXVI.



L.S.


Erfurt, Diss., 1725-26


ULB Halle  
005 367 786

3



vD18





B.I.G.

Farbkarte #13

230.

1726,5

24

FACVLTTATIS JVRIDICÆ  
IN ALMA AC PERANTIQVA VNIVERSI-  
TATE ERFORDIENSI  
DECANVS,  
**JOH. HENRICUS**  
*Seier, JC* TVS,

ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIA. DECRE-  
TAL. PROF. PVBL. VNIVERSIT. SENIOR.  
NEC NON JVDIC. PROVINC.  
ASSESS. PRIMAR.

*LECTORI BENEVOLO*

S. & O.

---

---

ERFORDIÆ,  
TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.